Año XXIII. Miércoles 28 de Junio de 1882. Núm. 23.

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA.

Se publica en dias indeterminados, en medio, uno ó más pliegos.



SANCTISISMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIII.

EPISTOLA

AD ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS ALIOSQVE LOCORUM ORDINARIOS

IN REGIONE SICVLA.

VENERABILIBVS FRATRIBVS ET DILECTIS

FILIIS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS

IN REGIONE SICVLA

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Sicut multa audacter et insidiose ii susceperunt, qui de pernicie catholici nominis iamdiu cogitant: ita nominatim videntur decrevisse, vim quamdam popularis invidiæ in Pontifices maximos excitare —Quod quidem ipsorum consilium quotidie magis ilustratur et erumpit. Omnem enim occasionem vituperandorum Pontificum datam avide arripiunt; non datam studiose captant: incorruptis rerum gestarum monumentis posthabitis, fictos sermones dissipant; falsa crimina, tamquam venenata tela iaciunt, tanto effrenatiore ad audendum licentia, quanto est impunitas maior. In qua male dicendi consuetudine, aliud quippiam propositi inest, praeter contumeliam: videlicet huc plane

spectant homines improbi, ut e persona Pontificum Romanorum ad ipsum Pontificatum divinitus institutum contumelia perveniat, adductisque in contemptionem summis Eclesiæ Principibus, Ecclesia ipsa, si fieri possit, opinione hominum iudicioque damnetur.—Harum machinationum triste ad recordationem documentum extremo mense martio Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, Panormi vidistis. Nec tacita esse potuit indignatio vestra: significationem eius luculentam et nobilem, qualem ab episcopis expectari oportebat, ad Nos per litteras officiis plenas deferendam curavistis. Profecto illæ iniuriæ præter modum graves fuere, ut qui ex constituto Panormum convenerant, coniiciendis certatim probris in Pontifices Romanos visi sint convenisse. Ne ulla quidem verecundia religionis fuit, quam Siculi homines ab avis et maioribus sancte inviolateque conservant, quæque est atrociter dictis lacessita, in quibus ipsam agrestem immanitatem nemo probus ferre æquo animo potuit. Quantus harum rerum inustus animo Nostro sit dolor, coniecturam ex dolore vestro singuli facite. Nihil enim tam lamentabile est, quam publice licere Eclesiæ maiestatem sanctitatemque nefarie contemnere; nihil tam miserum, quam summorum Pontificum memoriam ab italis hominibus indigne violari.

Ea quæ Pontifices Romani pro salute Italiæ gesserunt, orbis terræ testimonio iudicioque comprobantur, ita ut nihil sit, quod nomini Decessorum Nostrorum mètuamus ab æquis ei prudentibus viris. Verumtamen Nos in criminationibus, de quibus loquimur, valde commovit primum rei indignitas per se: deinde multitudinis minus eruditæ periculum, quæ facilius decipi et in errorem impelli potest.

Et sane magnus futurus est error, si in re iudicanda sex ante sæculis gesta non ab his temporibus moribusque nostris cogitatio avocetur. Respicere quippe opus est ad instituta et leges eius temporis, maxime vero ius gentium, quo tunc viveretur, repetere. Exploratum est, quæcumque demun ilius iuris origo et indoles extiterit, temporibus illis plurimun in rebus etiam civilibus auctoritatem Romanorum Pontificum valuisse, idque non modo non repugnantibus, sed consentientibus libentibusque principibus et populis. Cumque optobile videretur Vicarii Iesu Christi patrocinium, non raro usu veniebat præsertim in Italia, ut ad eum velut ad parentem publicum confugerent civitates, eidemque sese in fidem sponte sua traderent et commendarent Domina animorum religione, Apostólica Sedes perinde habebatur ac propugnaculum iustitiæ, et infirmiorum tutela adversus iniurias potentiorum. Et hoc quidem cum magna utilitate communi: hac enim ratione factum est, ut Pontificibus auctoribus diremptæ sæpe sint controversiæ, sedati tumultus, sublatæ discordiæ, bella compositá.—In hoc tamen magisterio populorum ac pene dictatura, nemo Romanos Pontifices iure coarguet im-

perii sui vel opes augere, vel fines proferre voluisse. Omnem potestatem suam illuc semper converterunt ut civitatibus prodessent: nec semel ipsorum opera et auspiciis Italia impetravit, ut vel externorum hostium propulsarentur incursiones, vel domesticorum adversariorum turbulenta ambitio frangeretur. Quam ad rem sapienter et opportune, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, commemorati a Vobis sunt Gregorius VII, Alexander III, Innocentius III, Gregorius IX, Innocentius IV, Decessores Nostri, qui exterarum gentium dominationem rebus italicis sæpius imminentem Prudentia et fortitudine summa prohibuerunt.

Quod ad Siciliam vestram pertinet, fidei et pietati eius in hanc Apostolicam Sedem paterna benevolentia Pontificum mutuo cumulate que respondit. Revera ipsorum consiliis vigilantiæque, non mediocri ex parte Siculi debent, quod potuerint Saracenam servitutem effugere. Gratamque etiam et æquam libertatem ab Inocentio IV et Alexandro IV gens Sicula tunc impetravit cum, post Conradi Imperatoris obitum, summam imperii penes municipium esse placuit. Post autem si Clemens IV Carolum Andegavensem solemni ritu Siciliæ regem appellavit, cur Pontifex reprehendatur nihil est. Fecit ille iure suo, fecit quod e republica Siculorum magis esse iudicavit, delatis imperii insignibus viro nobili et potenti, qui civicas res ordinare et exterorum ambitioni resistere posse videbatur: de quo viro vel ipsa maximarum virtutum domestica exempla sperare iubebant, fore ut juste et sapienter imperaret. Nec causa est, quamobrem vel Urbano IV vel Clementi IV vitio detur, quod homo natione exterus regnum Siculorum capessivit. Etenim præterquam quod exemplis huius generis nec antea carebat nec postea caruit historia. Siculi ipsi in potestatem externi principis illo eodem anno volentes concesserunt. Simul ac vero se Carolus inflexit in dominatum iniustiorem, maxime ministrorum vitio præcipitata in perniciosam partem republica, desiderata certe non est Romanorum Pontificum in admonendo caritas, in corripiendo severitas. Constat inter omnes, quod quantasque curas Clemens IV et Nicolaus III adhibuerint, ut hominem ad equitatem iustitiamque revocarent. Quorum providentia pervicisset fortase obstinationem viri principis, nisi viam rebus novis cruenta multitudinis ira subito patefecisset. Post inhumanam illam cædem, cuius, ubi furor constitisset, ipsos puduit auctores, conscientia officii impullit Martinum IV, ut siculos itemque Petrum Aragonium aliquanto severius pro merito ipsorum adhiberet. Nihilominus tamen eam severitatem et ipse Martinus et Honorius IV, Nicolaus IV, Bonifacius VIII lenitate et misericordia mitigarunt: iidemque non antea quiescere visi sunt, quam, omnibus iis controversiis per litteras legationesque compositis, Siculorum saluti et

legitimæ libertati, quamtum fieri poterat. consuluerunt. Quibus ex rebus manifestum est, quod Vos, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, verissime dixistis, fautores iniusti dominatus vel popularis invidiæ concitatores appellari Romanos Pontifices nisi per summan iniuriam non potuisse. In quo quidem Decessores Nostri iustioribus iudiciobus usi sunt iis ipsis hominibus Siculis, qui, recenti adhuc cæde, Sedem Apostolicam fidentibus animis implorandam censuerunt.

Hæc commemorare voluimus, ut de tot tantisque iniuriis Ecclesiæ et Pontificatui Romano impositis querelas Nostras publice testaremur: eodemque tempore ut vos intelligeritis, gratas admodum accidisse Nobis communes litteras vestras, quibus easdem iniurias summa voluntatum concordia Nobiscum pariter deploratis. Apparent in iis litteris episcopalis vestigia virtutis, cuius gratia forsan ignoscentior posteritas erit eorum temeritati, qui nihil dubitarunt Romanum Pontificatum, hoc est nobilisumum et maximum Italiæ decus, incesto ore lacerare.

Ceterum ex hoc ipso magis ac magis perspicitis, quod superiore mense februario monuimus, quanta vigilantia providere oporteat, ut fides catholica in tanta iniquitate temporum apud Italos conservetur. Pergite itaque, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, fortiter pro iuribus Ecclesiæ propugnare, mendacia improborum convincere, fraudes detegere, Siculosque universos in fide et amore retinere huius Apostolicæ Sedis, unde iis, beneficio Apostolorum, christianæ sapientiæ lumen affulsit.

Divinorum munerum auspicem et precipuæ benevolentiæ Nostræ testem Vobis, Venerabiles Fratres et Dilecti Filii, et populis curœ fideique vestrœ concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XXII Aprilis A. MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

LEO PAPA XIII.

OBISPADO DE OSMA.

El dia 3 del próximo Julio se abrirán en Nuestro Seminario Conciliar los ejercicios espirituales, que, dirigidos por dos padres de la Compañía de Jesús, hemos dispuesto para el Clero de Nuestra Diocesis. Aunque conocemos las dificultades que durante la ausencia de los ejercitantes se presentarán para el servicio de varias parroquias por la escasez de Sacerdotes, esperamos que todos los eclesiásticos que puedan hacerlo, procurarán dejar por unos cuantos dias las ocupacio-

nes de su ministerio para atender exclusivamente á la propia santificacion, y adquirir abundantes gracias, á fin de desempeñar con mayor acierto su respectivo cargo. Para que no quede ninguno, si puede ser sin hacer los santos ejercicios, se pondrán de acuerdo respecto del servicio de las parroquias durante la ausencia de los que vengan; y al efecto autorizamos por esta circular á todos los que queden encargados de las de los ausentes para que hasta que estos regresen, puedan celebrar segunda misa en los dias festivos de precepto que ocurran, los cuales para la generalidad de los concurrentes no son más que uno en cada una de las dos primeras tandas. La primera de estas principiará el dia arriba expresado, y la segunda el 13, pues en cada tanda se emplearán nueve dias con uno de intervalo. Si hubiese más tandas se hará saber oportunamente; pero esto no obsta para que concurran á la primera cuantos más puedan. Si fuese absolutamente imposible á algunos el venir á los ejercicios de nueve dias, por no tener á quien encargar la misa en los respectivos pueblos y anejos, podrán venir por menos dias, por ejemplo, por cuatro ó cinco, encomendando entretanto al párroco ó ecónomo más próximo la administracion de Sacramentos que sea necesaria en aquellos, á los cuales darán aviso anticipadamente á fin de que sepan á qué Sacerdote han de acudir en su caso.

Es de cuenta del Seminario la comida con vajilla y manteles, excepto el vaso, así como el catre, hasta donde alcancen los que hay.

Cada ejercitante abonará una pension, que no excederá del respectivo gasto que el Seminario haya hecho en los servicios prestados.

Por este año no habrá conferencias morales y litúrgicas, no solo en Agosto sino en Julio tampoco.

Burgo de Osma 22 de Junio de 1882.

PEDRO MARÍA, *Obispo de Osma.*

A fin de uniformar en toda la Diócesis la duracion de los altares privilegiados, y de cuidar que ninguna feligresía quede privada de tan señalada gracia; usando de la delegacion Apostólica que Nos está concedida, hemos determinado designar, como por el presente designamos, para altar privilegiado, el mayor de cada una de las iglesias parroquiales de Nuestra Diócesis, declarando á la vez que este privilegio concluirá para todas el 3 de Abril de 1889.

Y dando por supuesto que Nuestros párrocos, para saber las gracias espirituales anejas á tan gran privilegio, y el modo de que estas no sean infructuosas, han de repasar en su caso lo que acerca de la materia han escrito graves autores, Nos concretamos á encargarles que á un lado de dicho altar mayor pongan, sin demora,

una tablita con la inscripcion siguiente: «Altar privilegiado hasta el 3 de Abril de 1889; teniendo además cuidado de explicar con toda claridad á sus feligreses, cuando lo juzguen oportuno, lo que se entiende por altar privilegiado, para que estos puedan apreciar debidamente la importancia de tan singular favor. Burgo de Osma, 26 de Junio de 1882.—*Pedro María*, Obispo de Osma.

ADVERTENCIA IMPORTANTE.

Por una equivocacion en la epacta en el dia 11 del próximo Julio se pusieron como martires, siendo Obispos y Confesores, los santos Cirilo y Metodio. Por consiguiente, para los que no tengan Misa y oficio propios de dichos santos, aquélla será *Sacerdotes* con el evangelio *Designavit* del 25 de Abril: el oficio se tomará del comun de Confesor Pontífice, y las lecciones del tercer nocturno serán del Evangelio *Designavit* del comun de Evangelistas. El color blanco.

Tomamos de un periódico

El consumo del té ha subido en francia, en treinta años, de 160,000 á 300,000 kilógramos. Esta cifra debe llamar la atencion de los higienistas. Es menester saber cuánto debe rebajarse de su peso total por las sustancias con que se adultera, como el el grafito, el cromato de plomo, él talco, el sulfato de cobre, el campeche y tantas otras.

Todas estas sustancias se emplean, en efecto, para dar color al té ó para aumentar su peso.

Hace poco que recibió una comunicacion la academia de Ciencias, demostrando que la misma China falsifica su mercancía nacional y entrega al comercio el té coloreado artificialmente por medio de diversas sustancias, de las cuales algunas son tóxicas.

El habitante del Celeste Imperio, dice el doctor Averon, consume el mejor té y nos envia las hojas ya hervidas, á las que da un color agradable parp la vista de los europeos.

Para esta operacion se sirve del índigo y del cucumá, mezclado con el azul de Prusia y la plombagina.

Estas tintas facilitan el fraude de los industriales franceses é ingleses, que venden, con el nombre de té, hojas de todas clases, coloreadas con mucha ménos perfeccion que las anteriores. Entre estas hojas las hay de ciruela silvestre, do fresno, de sauco, de sauce y hasta de castaño.

El doctor Chevalier, en su *Diccionario de las falsificaciones*, se-

ñala otra sustancia, empleada por los falsificadores del te. Esta sustancia es el escremento de los gusanos de seda

Tambien se emplea otro engaño más elegante, que consiste en engomar y barnizar las hojas de té que han servido ya, y cuyos principios activos han sido agotados por una primera infusion.

La *Gaceta dos labradores* de Portugal publica una carta de doña Enriqueta Sampaio en que se de la siguiente receta contra las fiebres interminentes:

«Se parten por el medio siete limones agrios y se ponen á hervir en un cuartillo de agua, hasta que el todo quede reducido á medio cuartillo. Pásese el cocimiento por un lienzo y se divide el líquido en tres partes que se toman en veces distintas durante el dia en que no se tenga calentura. Este remedio, dice la señora de Sampaio, ha curado á todos los que le han puesto en práctica.»

Para blanquear el marfil que el tiempo ha puesto amarillo, se cuece en agua saturada de alumbre y se pone al sol durante cuatro dias en los meses de Marzo, Abril, Mayo, Agosto, Setiembre ú Octubre, regándole por la mañana con dicha agua saturada de alumbre.

Donativos para socorrer las necesidades del Romano Pontifice.

Suma anterior. . . 34,173. 15.

Ilm. y Rmo. Sr. Obispo por Abril, Mayo, y Junio 300 rs.=D. Salvador Martin por Enero, Febrero, Marzo y Abril 87=D. José Hidalgo por Enero, Febrero y Marzo 60=D. Francisco Angel 20=D. Blas Peñacoba 40=D. Claudio Alonso 20=D. Mariano Ruperez 8=D. Norberto Ortega por Enero, Febrero, Marzo, Abril y Mayo 140=D. Juan Rico por Enero, Febrero, Marzo y Abril 120=D. Manuel Terrer por Enero, Febrero, Marzo y Abril 32=D. Manuel de Roa, párroco de Sta. María de Aranda de Duero por Enero, Febrero, Marzo y Abril 80=D. Enrique Hernando por id. id. 32=D. Modesto Gil por id. id. 48=D. Miguel Arroyo por id. id. 32=D. Higinio Arroyo por id. id. 20=D. Antonino de Miguel por id. id. 16=D. Luis de la Puente por Enero, Febrero y Marzo 24=D. Agapito Quintana por Enero, Febrero Marzo y Abril 32=D. Francisco Martin Gimenez por Enero, Febrero Marzo y Abril 24=D. Manuel Martinez Serrano por id. id. 16=D. Julian Gutierrez por id. id. 8=D.ª Gerónima de la Higuera por id. id. 32=D.ª Petra y Caya de la Fuente por id. id 16=don

Apolinar S. Villagrasa por id. id. 8=D.ª Feliciana Calleja Mazo 8 = D.ª Jacoba Sanz Calleja por id. id. 8=D.ª Lucia Sanz Calleja por id. id. 8=D. Pablo Sanz Calleja por id. id. 8=Colegio de Señoritas de la Concepcion por id. id. 24=D.ª María Aguado por id. id. 3=don Castor Martin Miguel por Enero Febrero y Marzo 14=D. Alejandro Verdugo 30=D. Remigio Sanz 30=D. Mariano Ruperez 8=Las monjas de Sta. Clara de Soria 20=D. Alejo Lopez 30=D. Juan Molinero 40 =D. Tirso Gutierrez por Enero, Febrero y Marzo 90=D. Andrés Mingueza y sus feligreses 100=D. Gonzalo Mingueza y sus feligreses 40=Del cepillo de S. Pedro de las parroquias de Sta. María de Gumiel de Mercado 40=Del cepillo de S. Pedro de Arauzo de Torre 14=Del párroco de Quintanamanvirgo 10=Un suscritor de Aranda de Duero como donativo estraordinario 24=D. Simon Palacios y sus feligreses de Brazacorta y Alcoba 68=Del párroco de Barcebalejo y sus feligreses de dicho pueblo y Barcebal 60=D. Tomás Ayuso por Abril, Mayo y Junio 24=D. Felix Marzol 40=Del párroco de Osma 100.

Suma. 36,249.15

(*Se continuará.*)

ANUNCIOS.

VIA-CRUCIS

Lecturas en verso sobre la Pasion de Nuestro Señor Jesucristo, escritas por D. Joaquin Tenreyro Montenegro y Parada, Conde de Vigo, Doctor en Jurisprudencia de la Universidad Central, precedidas de un diálogo, y breve ejercicio práctico del Via-crucis, escrito por el Sr. D. Juan Manuel de Carús, Presbítero, Licenciado en ambos Derechos y Misionero Apostólico.

Se vende esta obra en las librerias católicas de *Viuda é hijo de Aguado*, Pontejos, 8, y de *D. Miguel Olamendi* Paz, 6, al precio de 16 rs. Rústica.

BURGO DE OSMA.—Imprenta y Librería de la Viuda de Martialay y Sobrino.